

Grodno, 28 grudnia 1416

Król Władysław [Jagiello] informuje króla rzymskiego i węgierskiego Zygmunta [Luksemburskiego] o ostatnim zjeździe z Krzyżakami [pod Wieloną] nad Niemnem, ponieważ nie wie, czy dotarły jego wcześniejsze listy w tej sprawie. Zjazd odbył się z inicjatywy krajowego mistrza inflanckiego [Zygryda Landera von Sponheim], który monitował w tej sprawie wielkiego księcia litewskiego Witolda [Kiejstutowicza]. Król zgodził się pod wpływem swoich doradców, ale wielki mistrz zakonu krzyżackiego [Michał Küchmeister] odmówił osobistego spotkania, mimo, że był na miejscu. Oferował królowi jedynie ziemię Żmudzinów, która i tak prawnie należy do władcy. Dalej król podnosi, że zawsze był posłuszny rozstrzygnięciom Zygmunta, natomiast krzyżacy nie podporządkowali się jego decyzjom i nie przekazali na czas rozjemstwa swoich wsi: Murzynna, Orłowa i Nowej Wsi. Już po ostatnich rokowaniach zabili trzech poddanych [wielkiego] księcia Witolda. Król wzywa adresata, aby nie dawał wiary oskarżeniom pod adresem jego i [wielkiego] księcia. Ponadto przez swojego dworzanina i okaziciela niniejszego listu Maternę Budziszyna przesyła adresatowi tura oraz dwie beczki dziczyzny: jedną z mięsem żubra, a drugą z mięsem losia.

Kop.: GSPK, XX. HA, OBA, nr 2445, pap., lac., wym. 370 × 311 mm, niewielkie przetarcia i dziury, podklejenie. Jest to odpis listu królewskiego przysłany pod zamykającą list pieczęcią (wosk przez papier) o śr. 35 mm (pieczęć i kustodia częściowo uszkodzone, kustodia o wym. ok. 36 × 30–33 mm), widoczne częściowo wyobrażenie pozwala ją bez wątpliwości zidentyfikować jako należącą do prokuratora Zakonu przy kurii rzymskiej (zob. ostatnio Katalog pieczęci Archiwum Państwowego w Toruniu, z. 3: Pieczęcie urzędników zakonu krzyżackiego, red. M. Hlebionek, Toruń 2023, s. 89–90), którym wówczas był Piotr z Ornety (von Wormditt), in dorso adres: Dem erwirdigen geistlichin herren, herren Michael Kuchmeister homeister Dutsch Ordens¹, notatki ręką z pierwszej ćwierci XV w.: Ultima; Wargel² bracht inn; Dis ist die copie des clage briefes, den der von Polan dem Romischen koninge gesant und ouch von dem tage off der Memmel; Copia littere [regis Po^a]lonie misse ad Romanorum regem, nowożytna notatka o treści listu w języku lac., stara sygnatura.

Wyd.: CDL, s. 210–213; CEV, nr 713.

Reg.: Skarbiec, t. 2, nr 1179; RHD 1/1, nr 2445.

Serenissimo principi domino Sigismundo Dei gracia Romanorum regi semper augusto et Ungarie, Dalmacie, Croacie etc. regi illustrissimo³, | fratri nostro carissimo. Wladislaus Dei gracia rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie etc. salutem et desideriorum vota semper contemplari! Serenissime princeps, illustrissime frater carissime! Licet alias dispositionem convencionis nostre, quam cum magistro⁴ et | Ordine Cruciferorum de Prussia temporibus proxime preteritis tenuimus, litteris nostris sufficienter fraternitati vestre descripsimus, tamen de allacione eorundem ad vestram noticiam ignoramus, necsario cogimur iteratis vicibus scripta huiusmodi replicare. Nosse igitur velitis, quod magister Ordinis Theutonicorum per Lyuoniam⁵ aliquociens magnificum et illustrem principem dominum Allexandrum alias Wytoudum, magnum ducem Litwanie et Russie etc.⁶, fratrem nostrum carissimum, de partibus suis Lyuonie in terris Litwanie personaliter visitavit et cum devocione humili requisivit ut nostram majestatem cum magistro Ordinis de Prussia ad tractandum pacem perpetuam in terris Prussie vel Samaytarum dignaremur comportare, sed nos prefati fratris nostri superinde petitionibus pluries ammoniti, nolimus convencioni vel placitis consentire. Tandem baronum nostrorum multis^b victi instanciis arbitantes fraternitati vestre [s]^c quam multis curis et o/ccup^d]acionibus in hoc sacro unionis negocio novimus prepeditam ad hoc eos [s] consensum recepisse, terminum placitorum et locum constituyente, illic tandem pervenimus ubi nobis existentibus et magister cum suis interesse non obmisit. Sicque devenientes ad

tractatus, oblaciones posibles pro pace consequenda, ipsi magistro obtulimus, quas ipse in singulis eorum capitulis non admisit sed repressit et ex adverso obtulit se cum Ordine suo perpetuo a iure et proprietate terrarum Samaytarum, quarum apud nos est et fuit legitima possessio, limitacioni ipsarum sibi nescimus qua cautela reservata, recessurum, si iuri et cause pro omnibus rebus et negociis, pro quibus coram fraternitate vestra cum ipso et Ordine haberemus vel habituri sumus accionem, cederemus, et pacis perpetue federa inter nos hincinde poneremus. Desiderantes autem ad pacis amplexus properare, qui nobis dulcissima suavitate sunt conspersi, oblacionem eorum, quam nobis de terris Samaytarum obtulerant, quamvis illas iure legitime possideamus, admisimus accionem, quam coram fraternitate vestra cum habemus arbitrio et decisioni fraternitatis vestre reservata et sic pacis perpetue federa cum ipso et Ordine volumus consummare, nec de cetero aliquas gwerras ipsis aut bella pro terris et dominiis nostris, quas occupant et aliis iniuriis, pro quibus coram fraternitate vestra lis inter nos adhuc pendet indecisa, indicere vel movere vellemus, sed pronunciacionis vestre super eis cum paciencia sententiam expectare et illi cum reverencia qua decet obedire. Ipsi autem perpendentes, quod ad vestram fraternitatem nos cum tanta fiducia referimus, nullis nobis datis responsionibus cum furore vehementi deiectis stacionum suarum papilionibus navigantes a nobis sine finem recesserunt, nec ipse magister tanta honestatis peditus est decencia, ut nostram maiestatem, quam sibi habuit in propinquo, ut vix ad iactum sagitte a nostris distaret stacionibus visitasset aut marschalco⁵ aut quibusdam suis comendatoribus, quos nobiscum pransurum vocavimus, visitandum indulsisset, ymmo quasi pacis actus deridendo, dum concordie negocia tractaremur, ipse in medio fluvii Nemel [s] <Memmel^e>⁷ iuxta locum convencionis defluens navibus alligatis residebat, nec ad terram descendere confisus ~~subperb~~ sue superbie dignabatur. Cum tamen treugis per vestram fraternitatem inter nos firmatis et conceptis ac demum nostris salviconductus litteris, quas sibi petente concessimus si aliquam arrestenciam timuisset plene fuit affidatus et de omni incolumitate securus, nec unquam in convencionibus, quas cum ipsis adhuc in gentilitatis errore constituti adhucusque habuimus maiorem factus iactanciam in eis cognovimus. Nonne frater carissime semper omnibus vestris monicionibus et hortacionibus in hiis, que pacis sunt et vestre beneplaciti paruimus? Ipsi autem Cruciferi quanta pertinacia se fraternitati vestre opponunt, poteritis auscultare [s]. Ecce villas Morsnaw⁸, Orlaw⁹ et Nowa Wess¹⁰, quas fraternitas vestra nobis pendentibus inter nos treugis predictis comiserat assignandas, ~~incomptem~~ in contemptum vestrorum preceptorum ad possessionem earum nos admittere noluerunt et quamvis illas sub concesionis vestre fiducia, que in nostris terris site sunt, quamquam ipsorum resistencia non obstante, potuissemus recepisse, tamen ne vestram fraternitatem eciam in unico apice perturbarem aut vestris negociis, que dignetur prosperare Altissimus, aliqua impedimenti occasionem prestarem, huius et aliarum iniuriarum, que nobis pendentibus treugis intulerunt, discrimina pro quorum unoquoque liceret nobis contra ipsos inurgere, in equaminitate volumus tollerare. Insuper hiis et aliis iniuriis, quas fraternitati vestre crebro descripsimus non contenti, post tractatus convencionis supradicte, subditi et homines Cruciferorum de Lyuonia tres homines magnifici domini Allexandri alias Witoudi magni ducis etc. fratris nostri carissimi in nemoribus terrarum nostrarum sua negocia exercentes aggressi, inhumaniter occiderunt et alios letaliter vulneratos fugaverunt, ipsos similiter nisi fuge presidio curavissent occidere satagentes. Quapropter frater carissime, si contra nos infra treugarum predictarum terminum, sicut quarundam coniecturacionum apperiant indicia, voluerint consurgere, defensionis nostre velitis nobiscum insistere, attenta nostra iusticia, ad quam nos cum tanta benivolencia et devocione exponimus, prout vestra fraternitas ad hoc nobis se obtulit, in omnibus eciam suggestionibus^f et detractionibus eorum, si quas coram fraternitate vestra de nobis conflaverint, fidem dignemini subtrahere creditivam et audienciam tam vana loquentibus et nominis nostri delatoribus denegare. Ceterum pro speciali caritatis indicio et honori dirigimus fraternitati vestre unum centaurum in venacionibus nostris ~~nol~~ nuper ante festum Natalis Domini [24 grudnia 1416] in nostra et illustrissimi fratris nostri domini

Allexandri ducis Litwanie etc. presencia apprehensum et duo vasa ferinarum, unum de carne tigridis et aliud onagri per Maternam Gaudessem¹¹ dilectum et fidelem familiarem nostrum, presencium ostensorem. Datum in Grodno feria secunda ipso die Innocentium anno Domini M^o CCCC XVI.

Ad mandatum domini regis Sbigneus scholasticus | et canonicus Sandomiriensis, prothonotarius¹².

^a Tekst zamazany, uzupełnione.

^b Na prawym marginesie powtórzone, ale staranniej: multis.

^c Tak kop. zamiast: fraternitatem vestram.

^d Ubytek w kop., uzupełniony.

^e Nadpisane bez znaku wstawienia.

^f nieco powyżej tego wersu na marginesie dopisek: aredenkeit (?).

¹ Michał Kūchmeister von Sternberg, wójt Nowej Marchii 1410, wielki marszałek 1411–1414, wielki mistrz 1414–1422, komtur gniewski 1422, zm. 1423 (W. Nöbel, Michael Kūchmeister. Hochmeister des Deutschen Ordens 1414–1422, Marburg 1969; Hochmeister, s. 119–121; Jähnig, s. 290, 292, 303, 318; Heckmann, s. 152, 210, 396, 405, 555).

² Rycerzem, który dostarczył do Malborka kop. listu królewskiego był niewątpliwie Piotr Wargel, do 1402 diner wielkiego mistrza zakonu krzyżackiego Konrada von Jungingena, w tymże roku wyjechał na Węgry, gdzie pozostawał w służbie żupana Szeklerów, pełnił również urząd sędziego w komitacie Moson, w 1407 ponownie w Prusach, dyplomata w służbie krzyżackiej, związany również z królem rzymskim i węgierskim Zygmuntem Luksemburskim, w delegacji krzyżackiej na sobór w Konstancji (1414–1418), w jego trakcie kilkakrotnie jeździł do Prus utrzymując kontakt legacji z krzyżacką centralą, towarzyszył również Zygmuntowi Luksemburskiego w jego wyprawie do Francji (K. Kwiatkowski, Zakon niemiecki jako „Corporatio Militaris”, cz. 1, Toruń 2012, s. 431; P. Bar, Dyplomacie, právo a propaganda v pozdním středověku. Polsko-litevská unie a Řád německých rytířů na kostnickém koncilu (1414–1418), Brno 2017, s. 54, 125, 133, 138, 150, 202; S. Józwiak, A. Szweda, Dwór wielkich mistrzów zakonu krzyżackiego w Malborku. Siedziba i otoczenie średniowiecznego władcy zakonnego, Toruń 2022, s. 159).

³ Zygmunta Luksemburskiego, syn cesarza Karola IV Luksemburskiego i Elżbiety Pomorskiej, elektor brandenburski od 1378, król węgierski od 1387, król niemiecki od 1410, książę Luksemburga od 1419, król włoski od 1431, cesarz rzymski od 1433, król czeski od 1419, zm. 1437 (J.K. Hoensch, Kaiser Sigismund. Herrscher an der Schwelle zur Neuzeit (1368–1437), München 1996; S. Wefers, Das politische System Kaiser Sigmunds, Stuttgart 1989; Sigismund von Luxemburg. Ein Kaiser in Europa, hrsg. von M. Pauly und F. Reinert, Mainz 2006; Kaiser Sigismund (1368–1437). Zur Herrschaftspraxis eines europäischen Monarchen, hrsg. K. Hruza, A. Kaar, Wien–Köln–Weimar 2012).

⁴ Zob. przyp. 1.

⁵ Zygfrid Lander von Sponheim, krzyżacki brat-rycerz z gałęzi inflanckiej, komtur Marienburga 1411–1413, komtur Fellinu 1413–1415, krajowy mistrz inflancki 1415–1424, zm. 31 marca 1424 (Ritterbrüder im livländischen Zweig des Deutschen Ordens, hrsg. L. Fenske, K. Militzer, Köln – Weimar – Wien 1993, s. 398–399).

⁶ Witold Kiejstutowicz, syn księcia trockiego i wielkiego księcia litewskiego Kiejstuta, książę grodzieński, brzeski, suraski, drohiczyński, wołkowyski, kamieniecki, 1392–1401 namiestnik króla Władysława Jagiełły na Litwie 1392–1401, potem wielki książę litewski, zm. 1430 (J. Nikodem, Witolda wielki książę litewski (1354 lub 1355 – 27 października 1430, Kraków 2013, tam zebrana starsza literatura przedmiotu).

⁷ *Niemen, rzeka, płynie przez Białoruś, Litwę i Rosję (obwód królewiecki), uchodzi do Zalewu Kurońskiego.*

⁸ *Murzynno, wieś, gmina Gniewkowo, powiat inowrocławawski, woj. kujawsko-pomorskie.*

⁹ *Orłowo, wieś, gmina Inowrocław, powiat inowrocławawski, woj. kujawsko-pomorskie.*

¹⁰ *Nowa Wieś (Nowe Murzynno), zaginiona obecnie wieś koło Murzynna, wchłonięta przez Murzynno*

¹¹ *Materna Budziszyn h. Płomienie z Kręska w powiecie kościańskim, wywodzący się zapewne z okręgu świebodzińskiego na Śląsku rycerz w służbie króla Władysława Jagiełły, wyst. 1416–1442, zm. przed 1452 (Słownik historyczno-geograficzny województwa poznańskiego w średniowieczu, cz. 2, oprac. S. Chmielewski, K. Górską-Gołąska, T. Jurek, J. Luciński, G. Rutkowska, Wrocław-Poznań 1988–1992, s. 448, 450).*

¹² *Zbigniew Oleśnicki (starszy) h. Dębno, pisarz i sekretarz (protonotariusz) królewski, kanonik i prałat licznych kapituł, biskup krakowski od 1423, kardynał św. Pryska, zm. 1455 (PSB 23, s. 784–786; SulowskaDokumenty, s. 244–245; M. Koczerska, Zbigniew Oleśnicki i Kościół krakowski w czasach jego pontyfikatu [1423–1455], Warszawa 2004).*